

etiam evenit hypocritis,) sed & ecclesiae invisibilis ac verae; quò ipsò innuitur constans beneficiorum spiritualium continuatio per totam hancce vitam. Muis dicit positum pro *ישבתי* sicut *ירד* pro *ירד* *Jud. XIX, 11.* Verosimile autem est, *שבת* non esse verbum, à *שוב* redire, reverti, (sicut quidem Concordantiae vertunt; *tranquillus ero*: cujus tamen nullum reperio exemplum firmum; praeterea obstat quoque accensus in ultimâ:) sed nomen, vel nominascens infinitum *שבת* habitatio, seu sedes, à *ישב* mansit, sedit; ita tamen, ut sub *ש* sit (*ש*) locò consueti aliàs *chirek* parvi, ob euphon. sic enim dicitur *2. Sam. VII, 5.* extrues mihi aedificium *לשבת* Sic, locus *שבת* *1. Reg. VIII, 30. 38. seq.* Sic in locò parallelò *Psalm. XXVII, 4.* unum petii *שבת* sedere me: & *Psalm. CXXXIX, 2.* nosti *שבת* & furgere meum.

בית in domo Domini:) non ergò de carnalibus egit haec tenens bonis, sed de spiritualibus. Haec enim verba propria exponunt priora figurata. Confer hoc cum priore ex Domo Domini depulsiōe, *1. Sam. XXVI, 19.* itemque tabernaculum attende superius, *Ebr. IX, 11.*

לארך in longitudinem dierum:) h. e. in dies longinquos, sive quousque modò vitæ meæ dies prolongabuntur. Vide de hac phrasi, ubi prius substantivum locò adjectivi, *Psalm. XXI, 5.* huc etiam promissa longævitas, *Psalm. XCI, 16.* *Prov. III, 2. 16.* *Deut. XXX, 20.* Non malè Campensis: *quare tandem inhabitabo domum Domini diebus nunquam finiendis.*

USUS PRACTICUS E VERSU I.

(1) Intimius movemur ab iis rebus, quibus ipsi olim adfuevimus; sicut *b. l. David rei pastoritiae memoriâ.* Huc Christi parabole de nuptiis, aëconomis, agricultura, &c.

(2) Requisita pastoris commemorantur *Joh. X, 11. &c.* de quibus domin. *Miseric.*

(3) Utut multa desint piis in hac vita, tam quoad corporis quàm animæ bona, defectus tamen illi ipsi vix sentiuntur, ob Pastoris praesentiam, imò ubi verè necessaria desunt, mox benignè suppleantur *1. Cor. I, 5.* Manet nihilominus vitæ hujus imperfectio, in relatione ad futuram, *c. XIII, 9.* contentique oppidò sunt fideles Dei sui providentiâ: *Phil. IV, 11.* *Psalm. XXXVII, 16.*

(4) Qualem erga se pastorem pius exoptat Deum, & se præbet inferioribus aliis sibi commissis, *v. g. pastor reipublicæ, ecclesiae, aëconomia.*

USUS E VERSU II.

(1) Omnia, quæ ad sustentationem vitæ tam corporalis, quàm spiritualis requiruntur, abundè suppeditat Deus ipse: animam reficit verbo, corpus alimentis necessariis.

(2) Pascua meretur nemo, cuncta accipimus gratis instar ovium, neque tamen quicquam rependimus Deo, neque lac, nec lanam, neque aliud: *Rom. XI, 6. 35.*

PSALMI XXIV. DISPOSITIO.

Rex gloriae. Amplum CHRISTI regnum.

Describitur hic (I) Regis summi majestas, ratione (i) domini in universum orbem terrarum, & cuncta inibi comprehensâ. *vers. 1.* (2) operum: fundationis scilicet terræ juxta maria, &c. *vers. 2.*

II. Regis hujus subditus genuinus: ubi (a) civitas seu habitatio regia; *mons Domini,*

A (3) Aquæ reficientes sunt omninò varia.

(4) Ducit nos Deus paternè, tum interno Spiritus filialis regimine, (*Rom. VIII, 9. 14.*) tum externâ parentum, praeceptorum, ministrorum ecclesiae fratrumque piorum pedagogiâ.

USUS E VERSU III.

(1) Non semper aequè valemus: nonnunquam enim refectioe opus est.

(2) Imò prater necessaria suppeditantur quandoque superflua oblectantia, *Jes. XXX, 20.*

(3) Orbitæ justitiæ non reperiuntur à nobis, tanquam ovibus, fortuito, verum opus est divino ductu; adeò, ut tam credenda, quàm facienda & fugienda, competenter Spiritus Dei nobis monstret, viresque eundi conferat, subinde moneat, ab errore ac divagatione revocet, &c.

(4) Nulla prorsus sunt hominum merita: omnia confert nobis Deus propter nominis sui gloriam. *L. de B. O. meritis.*

USUS E VERSU IV.

(1) Caliginosæ terribilesque valles (*b. e. omnis generis pericula ac terriculamenta*) obvenire solent Dei oviculis: noli igitur mirari: *1. Pet. IV, 12.*

(2) Timor utui quandoque ingruat nobis hominibus, obtinere tamen haud debet in corde ovium Christi, idque ob

(3) Christi pastoris praesentiam gratiosam, perennem, arctissimam: (tu mecum.)

(4) Optimum nostrum solatium regiminis divini praesidium. Nil sceptrâ valent regum, nisi baculus Christi nobis praesto sit defendens. Hòc praesente expirat omnis metus, & ex oviculâ timidâ fit animosus leo: *Prov. XXVIII, 1.*

USUS E VERSU V.

(1) Benignissimè reficimur à Deo, tam in regnò gratia; quàm gloria, de dapibus illis *Matth. XXII, 2.* *Luc. XIV, 16.* *seqq. XXII, 30.* *Apoc. XIX, 7.* *Jes. LXV, 13.*

(2) Piis nunquam desunt hostes; tam visibiles, quàm invisibiles; quibus tamen invitis reficimur à Domino lautissimè: *Matth. VII, 15.* *Act. XX, 29.* *1. Pet. V, 8.*

(3) Non uniusmodi est unctio, quâ cœlitus inaugu-ramur, confortamur, oblectamur: *Apoc. I, 6. 1. Joh. II, 27.*

(4) Inebriamur Dei multiformibus gratiis: *Psalm. XVI, 11.* *XXXVI, 9.*

USUS E VERSU VI.

(1) Bonitas ac Misericordia divina omnis nostræ felicitatis unica origo. *L. de Gratiâ divinâ.*

(2) Etiam fugientes quodammodo inviti nonnunquam insequentem & quasi obruentem nos gratiam deprehendimus.

(3) Nullus omninò dies vitæ nostræ, imò nec hora, nominari potest, quâ carere queamus divinâ bonitate. nullus ergò dies nos deprehendat immemores ac ingratos.

(4) Quies optima in domo Dei, *b. e. in Ecclesiâ vel militante, vel triumphante.* Cum Christo mansio felicissima: *1. Thess. IV, 17.* *Joh. XVI, 22.*

locus sanctitatis ejus: *vers. 3.* (b) ministratio; adscendere, stare; *ibid.* (c) requisita subditi seu ministri, (1) manuum puritas, *vers. 4.* (2) cordis mundities, *ibid.* (3) appetitus gubernatio, non levavit animum ad vana; *ibid.* (4) linguæ abstinentia à juramento dolosò, *ibid.* (d) commoda talis ministri; re-